



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Casus fortuitus

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

fat cum illegitimo ad minores, & ad simplex beneficium: vide *Nau. conf. 44. de temp. ord.* & *conf. 7. de fil. presb. cogit vltimarum volūtatum executores ad eas exequendas; imò exequitur ijs negligentibus, Cou. in c. Io. de testa. nu. 2.* Assistit matrimonio vel alicui Sacerdoti licentiam dat; quia succedit in ordinaria Episcopi iurisdictione ex *c. His, quæ de maio.* & *obed. Sanchez l. 3. d. 28. concl. 3.*

C A S V S F O R T V I T V S,

Vide Commodatum.

1 **N**emo tenetur ex damno accidenti casu fortuito, nisi culpa præcessisset in illum aliquo modo ordinata, seu directa, aut mora restituendi id, quod restitutum non perisset, aut pactum, vt etiam in tali casu teneretur, quamquam etiam non obstante pacto vtendum est æquitate; non tenebitur autem si casus accidit ex culpa eius, cui ex pacto alioqui debebatur.

* *De hac re Mol. d. 293. Nau. c. 17. num. 178.*

* *Vide Sylu. eo. ver. nu. 1. Fu nu. 2. & ver. commodatum 7.*

2 Ad mutuum perditum casu fortuito, teneris, quia in te translatum est, per mutuum, dominium.

* *Nau. c. 17. num. 185.*

3 Mandans tenetur de damno ex casu fortuito, si probabile erat euenturum, aut mandata

datarius gratis seruiabat: secus, si ob stipendium, aut eiusmodi aliquod debitum, aut si eius culpa damnum accidit.

Addit. 3 Inito pacto generico; vt quis in omni casu teneatur, excipitur fortuitus, cui non fuisset in specie renunciatum. *Syl. l. c. nu. 2.*

CASVS RESERVATVS,
Vide Absolutio.

1 **C**oncedens casus sibi referuatos, si aliquid specialiter nominet, cætera similia concedere intelligitur; quod si aliquid excipiat, cætera similia videtur excipere.

* *Vide Nau. c. 27. nu. 261. Fu. eo. ver. num. 1.*

2 Concessis casibus Papalibus, intelliguntur etiam censuræ.

* *Fu. l. c. num. 2. Papalibus enim omnibus annexa est censura aliqua. Nau. c. 27. num. 161. Vival. de absol. nu. 56.*

3 Sublata reservatione Papali per priuilegium absoluedi à culpa vel censura, censetur etiam sublata reservatio Episcopi circa eandem culpam. *Nauar. c. 27. numer. 254. Tolet. li. 5. cap. 14.*

* *Nauar. l. c.*

4 Sacrilegium referuatum episcopo, intelligitur solum quo violatur locus sacer furto, aut sanguine, aut semine, non autem luxuria personæ sacræ; vbi quidam aduertunt, ex Iure Episcopo non sacrilegium, sed sortilegium refer-

referu
sacril

* *Tolet.*

ne f
tum.

5 Ca

* *Pœ*

lis iur

6 Bla

lùm i

* *Na*

7 Si c

lutus

lum a

absolu

quem

sunt r

referu

solutu

Nauar.

12. *Ant*

sto. 1. q

rez diff

* *Na*

30. &

Ide

pen. c. 1

p. 1. §. 11

Ide

num. 21